



Universitätsbibliothek Paderborn

**SELECTA=||RVM DECLAMATIONVM || Philippi Melanthonis,
quas con=||scripsit, & partim ipse in schola
Vui=||tebergensi recitavit, partim alijs recitandas
exhibuit.|| TOMVS ... ||**

Melanchthon, Philipp

1559

VD16 M 3567

Oratio de Regum officio, Videlicet, an in tanta religionum diſſipatione,
Romanus Imperator Synodum indicere, & ea, quæ ibi rectè & piè
constituentur, armis tueri debeat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34734

ORATIO DE REGVM OFFICIO

Habita à D. Laurentio Zoch, Doctore Iuris, in promotione D. Casparis Ezelij.

M. D. XLI.



Saepe in his spectaculis dignitate, grauioribus orationes habite sunt, uerentia Iuris, & discipulis inseratur animis iuuentutibus & iniuste ac rabiose cupiditates frenentur. His adber-

tionibus, si ullo unquam tempore opus fuit, non profectò in hac postrema, & plusquam ferrea aetate, non modò uoce & sententijs bonorum & doctorum, sed multò magis autoritate, imperio, & armis Regum & Principum leges tuenda & seruanda sunt. Videmus enim hanc aetatem inimicis esse modestiae, disciplinae, pudori, iusticiae, religioni, quarum rerum custodiam, cum Deus summus gubernatoribus commendaucrit, rogandus est, aliquando excitet eos ad coercendos furores, & frenandas libidines improborum, ad restituenda & sancienda disciplina, ad renouanda uirtutis studia, sicut orat Dauid in Psalmo: Exurgens Deus ad tuendam legem, quam dedisti. Nunc uidentur leges oppressae audacia & petulantia

Hæc ætas inimica legibus.

rum, ut sine diuina ope, et summorum Regum au-
thoritate, nostra uox parum proficere possit.

Ideo iam quædam de Regum officio disputabi-
mus, uidelicet: An in tanta religionū, legum, mo-
rum, et disciplinæ dissipatione, cessantibus Pōtifi-
cibus, Romanus Imperator Synodū indicere, &
iudices cōtrouersiarum idoneos legere, et ea, quæ
rectè et piè cōstituentur, armis tueri debeat. Hæc
questionem nec indignā cogitatione eruditorū,
imò summorum Principum, nec alienam ab his
temporibus esse iudico. Nec profecto aliud ullum
est maius in terris munus, quàm doctrinæ guber-
natio ac dijudicatio, et disciplinæ restitutio. Nec
quisquam de genere humano melius et gloriosius
mereri potest, quàm si liberet ecclesiā erroribus,
sanctæ ambigentes animos, honestis et sanctis legi-
bus, ac moribus cōsuetudinem uite ornet. Nullæ
uictoriæ clarissimorū Ducū, nulli triumphi plus
uere laudis habent, quàm salutaris emendatio do-
gmatum ac morum. Proinde quisquis est, qui hoc
tantum munus in ecclesia, uel inter homines susti-
net, uidelicet, qui est in excubijs, ut doctrinæ puri-
tas et boni mores cōseruentur, is iure summū gra-
dum inter homines tenet. Et tātæ rei curā Romā-
nis Pōtificibus olim Synodi cōmendarunt. Nunc
autem in hoc tanto dissidio orbis terrarum, & in

Quæstio.

gentibus religionū ac legū periculis, nulla aequa
cognitio haecenus instituta est. Audio etiā conuen-
derem ultos, nihil opus esse noua cognitione, quā
haec res antea in Synodis iudicata & confirmata
sint. Quare nō sit permittendum, ut rursus in quaes-
tionem uocentur. Nullū inquit sine fore mouendi
dogmata, si Synodorū decretis assuescant homines
res fragari. Sed haec facile refutari possunt.

Refutatio ob-
jectionum.

Primum multa nunc agitantur cōtrouersia
recentium temporum abusibus, quae nunquam in
ueteribus Synodis agitata sunt. Nō dum enim in
ecclesiam hi morbi inuasent. Deinde quaedam in
ueteribus Synodis decreta, quae ad causas profectim
quadrant, magis patrocinantur ecclesijs nostris
quā aduersarijs. Postremo quaedam antea agita-
ta sunt propter alias circūstantias, quae sepe
riant negocia. Tempore Synodi Nicenae erant
usu satisfactiones: Sed tunc erant castigatio
uel exempli causa instituta, uel ad exploranda
mores eorum, qui lapsuum suorum ueniam pete-
bant. Nemo tunc affingebat specūcula illa
ri remissionem peccatorum. Haec recentior
uestigium retinet antiqui ritus, sed plerūque
uit, & multas ad sinxit absurdas opiniones. Ob
igitur cōtrouersiae pleraque huius temporis
sint agitata à ueteribus, & in quibusdā ad
rj

rij magis discesserint à ueterum Synodorum decretis, quàm nos, iniustum & crudele est desigere cognitionem, nec legitimo Ecclesia iudicio tollere errores, ac discordias. Quid respondebunt Pontifices, qui presunt, cum filius Dei in postremo iudicio palàm apparebit, eosq; accusabit prætermisi officij, ostendet ipsorum uel pertinacia, uel negligentia infinitas animas à Deo auulsas esse ac periisse.

Pontificum negligentia.

Sed si non faciant officium Pontifices, oportebit ne Romanum Imperatorem Synodum conuocare, & iudices idoneos deligere suo & Synodi, ac partium iudicio? Respondeo.

Ad munus pii Imperatoris maxime pertinet, in tanto periculo cessantibus Pontificibus, conuocare Synodum, et constituere legitimum iudicium. Nec est Synodus sine capite, etiamsi non accedat autoritas Pontificum, qui officium suum negligunt. Etsi enim Episcopis sua reuerentia debetur, tamen tota ecclesia mandatum habet, ut caueat prauas opiniones, et dogmata dijudicet, ut inquit Christus: Cauete à Pseudoprophetis. Hoc præceptum ad uniuersam ecclesiam pertinet. Ergo, etiã si Pontifices id negligant, tamè reliqua ecclesia obtemperare debet, institue recognitionem et dijudicationem. Id ut fiat, præcipua membra Ecclesie cæteris antecire debent.

Munus pii Imperatoris.

Adhæc

Adhuc, *et* si interest inter officium ciuili Magi-
stratus, *et* potestatem Ecclesiasticam, tamen Magi-
stratus ciuili custos est totius legis in externa
disciplina. Vt prohibet ac punit armis iniurias, co-
des, furta, *et* similia delicta pugnata cum secunda
tabula Decalogi, ita multo magis prohibere
punire debet externa scelera pugnata cum prima
tabula, uidelicet idolorum cultus, blasphemia dogma-
ta, periuria, prophanationes manifestas cere-
moniarum diuinitus traditarum. Errat qui nullum
discrimen iudicat inter Armentarium *et* Magi-
stratum, qui custos est ciuili societatis. Armentari-
tis est pecudum uetri prospicere. Sed custos
societatis non tantum corpora, pacem, *et* (ut ita
dicam) uetris bona tueri debet, sed meminere
Dei ministerium. Huius glorie primam seruiam
eatur finem humanae societatis, *et* hunc praecipue
sciat sibi tuendum esse. Tota enim haec societas
diuinitus praecipue instituta est ad hunc finem, ut in
innotescat ac celebretur Deus. Id fieri non potest
nisi una uiuente alij alios de uoluntate Dei, de
sufficijs Deo gratis, de uita aeterna, de premijs
sanctorum, de impiorum poenis doceat. Ideo tam
sunt uincula societatis, generatio, educatio, in-
stitutio, imperia, contractus, iudicia, ut in hac
uarietate negotiorum ostendamus nostram de
secundum

Præcipui gu-
bernationis fi-
nes.

sententiam, nostrā professionem, et præstamus obedientiā. Sit igitur prima cura Magistratum omnium ut religiones sint puræ, luceat in imperijs mandatum de cōfessione, quod certè non solum ad priuatos pertinet, sed etiam ad summos gubernatores, ut uox cœlestis in Psalmo testatur: Et nūc reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram. Hæc semper præcipua cura fuit piorum Principum, qui arma pro Ecclesia Dei gerebant, ut Moysi, Iosue, Dauidis, Iosaphat, Ezechia. Horum uictorie nō eō spectabant, ut populus in ocio uoluptatibus fruere, sed pacis finis erat, ut certa sedes maneret ecclesiæ, ubi propagaretur doctrina cœlestis. Opus est pace non solum ad educandam sobolem, sed etiam ad docendam iuuentutem, & reliquā multitudinem, & ad disciplinæ ac religionis conseruationem. Hos esse fines præcipuos gubernationis in imperijs, nihil dubium est.

Sint sanè magni et laudati Duces Alexander, Iulius, et alij. Sint gubernatores domestici excellentes prudentia, Solon, Augustus: Sed multò essent illi ipsi maiores, si partis uictorijs, cōstitutis imperijs cura essent Deū rectè inuocari, celebrari, coli. Id præcipuè efficere bonus gubernator debet, sicut bonus paterfamilias non tantum quærere patrimonium liberis debet, sed etiam tradere Dei

re Dei noticiã, et mores eorum regere. Vt autem
 pauci patres familiãs omnia sua officia cõplectan-
 tur, ita pauci Principes in hoc summo opere labo-
 rant. Rara est hæc perfectio, ut rare sunt gem-
 mæ inter ceteros lapides. Subinde tamen aliquos
 excitat Deus duces, aut politicos uiros, qui ius
 actiones ad uerum finem referunt. Tales fuerunt
 Ioseph, Dauid, Iosias, et inter monarchas Cyprius,
 Constantinus, Theodosius, et alij quidam. Horum
 exempla nota sunt. Quanta fuit animi celsitudo
 in Constantino, qui cum haberet collegas inimicos
 Christiano nomini, uiros acerrimos, et inopu-
 lentos potentia. Nam maior imperij pars adhuc
 horrebat à Christi doctrina, unus se opposuit
 illis grassantibus in pios, cõpescuit seuitiã, postea
 deletis tyrannis, uetuit sacrificari idolis, nihil
 tuens odia tantæ multitudinis, quæ Euangelium
 uersabatur. Idem postea sedatis ciuilibus belli-
 tiam sustulit dissensiones Ecclesiasticas, cõuocauit
 Synodo, nec adsuit tantum, ut uim prohiberet
 ter partes, sed disputauit ipse, et ueritatẽ in qua
 uoluit. Nã cum synodi totius ecclesie iudicia
 non tantum Episcoporum cõcedenda sunt suffra-
 gis, etiã alijs pijs et doctis, qui nõ funguntur
 sterijs Ecclesiasticis. Constantini exemplum
 postea Theodosius imitatus est: ut prorsus dele-

Constantinus,

Idola, eorum templa solo æquavit, indixit Syno-
dum, ostendit formam dirimendi certaminis, uide-
licet, ut proferrentur certa testimonia probato-
rum autorum, nec permitteretur ulli ex sese fingere
renouas interpretationes. Aliquantò post secuta
sunt Synodi, Ephesina conuocata à iuniore Theo-
dofio, et Chalcedonensis conuocata à Martino.
Sed utraq; arbitrata esse consilio fœmi-
ne sapientissimæ Pulcheriæ, quæ cum esset soror
Theodosij, et postea Martiani cõiunx, et propter
eximiam prudentiam & grauitatem plurimum
polleret autoritate, res eo tempore maximas do-
mi singulari uirtute gubernauit.

Pulcheriæ

Iustinianus deinde synodum alterã Byzantium
conuocauit. Idem mos fuit pijs Regibus Hispani-
cis et Gallicis, cõuocare Synodos in suis regnis,
etiã non consulto Romano Pontifice. Norant en-
im imperia imitari debere Decalogũ, qui ut pri-
mum cõcionatur de conseruanda puritate religio-
nis, ita Principum hanc esse primam curam oportet.
Decalogus enim est forma piæ et honestæ gu-
bernationis. Extat apud Aristotelẽ definitio Ma-
gistratus eruditissimè cogitata, et mira proprie-
tate ac breuitate compiectens officia omnia. In-
quit enim Magistratum esse custodem legis. Ergo
cum totius legis custos sit, tueri etiam primam
Deca-

Iustinianus

Aristotelis de
nitio.

Decalogi tabulam debet. Iam cum extent exempla piorum Regum, cum argumenta gravissima precipiant Regibus conuocare Synodos, et constituere iudicia Ecclesiastica, non dubitari potest, quod sit Romani Imperatoris hoc tempore officium. Sentiatur igitur hoc gratum Deo sacrificari fore, si nunc recte dijudicari controuersias Ecclesiasticas, et sanciri disciplinam curet. Idque si non fecerit, grauiter offendi uoluntatem Dei praesertim cum uideatur secutura infinita dissipatio uastitas ecclesiae, et morum confusio, nisi uera salutaria remedia in tempore querantur.

Discordiae in
Ecclesia,

Haerent ueteres morbi in ecclesia multi, adhaerent ut sit in discordiis, etiam noui quidam accedunt. Ergo in utriusque partis negotiis delectus adhibendus est. Nec sunt armis stabiliendi ueteres abusus, praecedat uera dijudicatio, quae, si modo uelit Imperator, non difficilis est. Adficiatur misericordia ecclesiae specie: Discordia parit in utraque partem uiciorum, confirmat audaciam in malis. Aliter trucidantur pii et eruditi, retinentur idolorum cultus, stabiliuntur flagitiosae libidines, templum desertum, nec habent idoneos concionatores: Et quae doctrina consulescit, multi incipiunt amare propinas et epicureas opiniones. Haec pestis diu in Italia grassata est, nunc etiam ceteras nationes inuenit.

dit. Alibi emēdatis abufibus succedūt noua mala, propterea, quia boni doctores nō adiuuantur ab illis, qui disciplinā tueri debebāt. Crescit igitur licētia & legum contemptus. Non frenat animos pudor, non modestia, nō iuris reuerentia, sed uincit hanc impudentia, quæ in quadam tragœdia uocatur omnium morborum humanorum seuissimus.

Neglectus frus
dū literarum.

Quid quod in multis locis, etiam ubi emendatæ sunt Ecclesiæ, nunc negligūtur studia literarum, nemo opitulatur pauperibus scholasticis, fame necantur pij & docti Sacerdotes, & eorum coniuges & parui liberi. Quare aliquantò post et his defuturi sunt idonei Pastores, et secutura est barbaris, et horrenda uastitas Ecclesiarū. Hæc mala quis potest sine lachrymis uel cogitare, uel commemorare, quorum magnitudo ut tandem Reges excitet, ad uera remedia quærenda, omnes pij ardentissimis uotis optent. Profectò iam circumit Christus, esuriens, sitiens, laceratus, flagris uulneratus, ac implorat opem doctorum et gubernatorum omnium, orat, ut corporis uulnera obligent, ut alimenta suppeditent, quem si non respicient, haud dubiè in postremo iudicio hæc fulmina audient: Esuriui et non dedistis mihi cibum, &c. Ite maledicti in ignem æternum. Si consulere Principes Ecclesiæ uellent, nō deesset cōsiliū. Sed pri-

Christus miser.

uatis et iniustis affectibus impeditur publica utilitas. Tanti fecit Ecclesiam suam filius Dei, ut eam uitae suae pretulerit. Multi nunc stultissimos effectus anteferunt saluti totius Ecclesiae, ac funditus eam perire malunt, quam paululum frenare intemperantiam, aut auaritiam, aut libidinem. Et tam se defensores Ecclesiarum dici uolunt.

Quomodo Ecclesiae consulendum.

Cum igitur tanta sit hoc tempore dissipatio, impendeat maior omnium rerum confusio, nisi Dominus gubernatorum animos ad salutaria consilia pertrahat: primum orandus est Deus, ut ipse labentem Ecclesiam fulciat: Deinde hortandi sunt Principes, ut curent rite dijudicari controversas, et dampnam restituere. Postremo, quia publicae opinionum mores aliqua ex parte imitantur scholasticorum iudicia et exempla, uos quoque quantum possitis vehementissime adhortor, ut Cyclopes illos, qui omnium scelerum licentiam permitti uolunt, non solum barbarico, sed etiam diabolico furore perfrumpunt, fugatis ac detestemini, uos uero ad ueritatem legum et disciplinae, ad modestiam, ad fructum uiuandae Ecclesiae et communis societatis, ad pacem ciuitatis. Falluntur tyranni, si nulla ecclesiae iniuriam metuunt, quia nunc sperant impunitatem. Ecclesiae iudicium subeundum, cum filius Dei apparet.

bie, in quo petulantia & contumacie tristissimas
 poenas luent improbi: Modesti uero et legum ama-
 tes, premia uirtutum ferent, & perpetuis laudi-
 bus in Ecclesia ornabuntur, & fruuntur dulcissi-
 ma consuetudine Dei filij eius, optimorum Prin-
 cipum Ade, Nohe, Prophetarum & Apostolo-
 rum. Horum de nobis iudicia boni iam intuean-
 tur animis, & ita uiuant, ut illis sua consilia, stu-
 dia, & mores probent. Dixi.

QVAESTIO, QVARE PLATO
 dixerit optimum esse statum Reipub. eum, qui
 medius est inter Tyrannidem et Democra-
 tiam, proportionem Geometricam.

QUoniam publica consuetudo mihi neces-
 sitatem hoc in loco dicendi impo-
 nat, peto a uobis initio orationis
 mea, uiri doctissimi, ne me impudē-
 tia aut ingenij fiducia has mihi partes sumpsisse
 existimetis: Nam cum ea sit aetas mea, ut magis
 aliquantò quam adolescentuli iudicare possim,
 que sit huius amplissimi cœtus autoritas, tur-
 pissimum mihi esset, si parum uereri uestra iudi-
 cia existimarer. Itaque non meo consilio, sed officio
 me ad dicendum adductum esse statuetis. Semper
 r ij enim